

tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra^a.] Percutiat eos dominus ulcere pessimo^b, scabie quoque et prurigine, amentia et cecitate amen^c. Palpentque in meridie^d sicut palpare^e solet cecus in tenebris^f amen. Et sicut dominus beato Petro apostolo eiusque successoribus, cuius^g vicem tenemus quamvis indigni, potestatem dedit: ut quodcumque ligarent super terram, ligatum esset et in cēlis^h, et quodcumque solverent super terram, solutum esset et in cēlisⁱ — ita illis si emendare noluerint, cēlum^k claudimus et terram ad sepeliendum negamus, et^l dimergantur in inferno inferiori solvantque quod gesserunt sine fine amen. Si autem ad poenitentiam^m et emendationem venerint [f. 155^v] et secundum modum culpeⁿ fructus dignos poenitentia^o fecerint, omnia mala ista avertat deus ab illis^p et nos parati sumus ad recipiendum^q et orandum pro illis. Si autem ad emendationem noluerint venire, perpetuo anathemate feriantur ita: *Æcclesiam*^r dei non intrent, pacem cum christianis non habeant, nec ullam participationem faciant, corpus et sanguinem domini nec in die mortis percipiant, sed eterne^s oblivioni traditi tanquam pulvis ante faciem venti fiant et cum diabolo et angelis eius perpetuis ignibus tradantur et sicut lucerna ista extinguitur, sic extinguantur anime eorum in fetore^t inferni amen.

a) Ps. 82, 18—19. b) Deut. 28, 35. c) Vgl. Deut. 28, 27—28.
d) Vgl. Iob 5, 14. e) Mit 'palpare' beginnt B fol. 118^v. f) Deut. 28, 29.
g) 'nos' add. B. h) Matth. 16, 19; 'et in celo' B. i) 'et quodcumque — cēlis' fehlt B.
k) 'cl. celum' B. l) 'ut' B.
m) 'penit-' B. n) 'culpe' B. o) 'penitentie' B. p) 'deus av. ab eis' B.
q) 'eos' add. B. r) 'eccl-' B. s) 'eterne' B. t) 'fetore' B.